

REIFENBERG, JUSTUS, KIRCHBERG,
ALEXANDER, BALCK, ULDERICK

Theses De Homicidis / Quas ... Sub
Præsidio ... D. Iusti Reifenbergii U. I. D.
ejusdemque Facultatis olim in illustri
Rintelensi, nunc in inclyta Frisiorum
Acad. Professoris primarii, ac p. t.
Rectori

Franekeræ : Excudebat Vldericus Balck, Illust. Fris.
Ord. & eorundem Academi[a]e Typographus
1630

University Library of Tartu: RIV B164

EOD - Millions of books just a mouseclick away! In more than 12 European countries!



Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
 - Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
 - *Search & Find*:* Use the full-text search of individual terms
 - *Copy & Paste Text and Images*:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)
- *Not available in every eBook.

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.

- Terms and Conditions: <https://books2ebooks.eu/csp/en/utl/en/agb.html>

More eBooks

Already 40 libraries in over 12 European countries offer this service.
Search books available for this service: <https://search.books2ebooks.eu>
More information is available at <https://books2ebooks.eu>

THESES

DE

HOMICIDIS

QUAS

ADIUTORE CHRISTO,

SUB PRÆSIDIO

Clariss. Consultissimiq. viri

D. IUSTI REIFENBERGII U.I.D.
ejusdemque Facultatis olim in illustri Rintelensi,
nunc in inelyta Frisiorum Acad. Professoris pri-
marii, ac p. t. Rectoris Magnif. Promotoris ac
Præceptoris mei multis nominibus colendi.

16. Jun. Publicè defendam

ALEXANDER KIRCHBERG Rostochiensis.

D. TRAIANUS IMPERATOR.

*Satius est, impunitum relinqui facinus nocens, quam
innocentem damnare.*

*Clarissimo
D. Friderico Prætorio
I. U. D. Fautori meo pl. colendo*



FRANEKERÆ,

Excudebat Vldericus Balck,

Illust. Fris. Ord. & eorundem Academię Typographus.

Anno 1630.

175

Raf.



MAGNIFICO DN. RECTORI,

*Et Reverendis, Clarissimis, Experientissimis,
Præstantissimis,*

DNN. PROFESSORIBUS antiquæ & celeberrimæ Academiæ Rostochiensis, Dominis Præceptoribus & Promotoribus meis perpetuum colendis:

Amplissimis, Consultissimis, Prudentissimis,

DNN. CONSULIBUS ET SENATORIBUS inelytæ Reip. Rostochiensis, Patriæ Patribus vigilantissimis, Patronis meis æternum honorandis,

*Theses hæc dedico, summæ
animi submissione offero*

A. KIRCHBERG.



Omicida proprie dicitur ille, qui dolo & ex proposito hominem jugular. *l. 16. D. h. r.* Homicidium est exanimatio hominis dolo malo facta.

2. Eventu non secuto, licet occidendi animo hominem vulneraverit quis, pro homicida damnandus hodie non est. *P. H. D. c. 117.* nam & is mitius punitur, qui mortifero vulnere hominem percussit, qui postea ruina vel naufragio vel alio ictu maturius periit. *l. 11. §. 3. l. 15. §. 1. D. ad L. Aquil.*

3. *Dolus*, id est, occidendi animus & voluntas requiritur. *l. 1. C. h.* Quamvis autem homicidium ipsum doli præsumptione occisorem gravet. *d. l. 1.* præsumptio tamen hæc contrariis fortioribus ex vitæ antea & bonitate, aliisque circumstantiis desumptis præsumptionibus eliditur. *l. 5. §. 6. D. de re mil. 7. C. ens diserrissimus D. Thomas Lindeman. Exer. Inst. d. ult. th. 28.* Excusata dolo quævis causa, etiam levis. *l. 12. §. 3. de lib. caus.* In dubio v. pro reo pronuntiandum est. *l. 5. de pen. l. 192. d. R. I.*

4. Homicidium committere possunt etiam tantum, qui doli sunt capaces; quales pubertati proximi: non furiosi; sed furor probandus est ex insania præcedente, vel dictis factisque insanis, adhibitis Medicis.

5. Si plures simul hominem percusserint, siquidem apparet, cujus ictu perierit, ille quasi occiderit tenetur; quod si non apparet, omnes quasi occiderint tenentur. *l. 11. §. 2. § 4. ad L. Aquil.* Sed si in rixa percussus homo perierit, ictus unuscujusque in hoc collectorum contemplari oportet. *l. f. D. h.* quod si non potest indicari certus percussor, hoc casu omnes, nisi homicidam, quem sciunt, ex numero suo designent, torqueri posse statuit *Wes. h. n. 19. secutus gl. Boss. qui dicit hanc communem, & alios.*

6. Nihil interest, cujus conditionis hominem quis interimit. In nondum tamen natis recepta est *D. d. dist.* inter formatam & nondum formatam partem, ut formatam abigens, ord-

pœna teneatur; nondum verò formatum abigens mitiùs puniatur *D. D. Q. d. 133*. licet temporali exilio sine dist. eum coerceri debetè Imp. rescripserint.

7. Quosdam tamen impune interficere licet, veluti: transfugam *l. 3. §. f. b.* bannitum: item patri datur jus occidendi adulterum quemlibet (sed cum filia simul, quam in potestate habet, uno ictu & impetu) domi suæ vel in domo generi in adulterio deprehensum. *l. 20. & seqq. de ad. ul.* Marito quoq; permittitur occidere uxoris suæ (quam occidere non licet, sed sine mora dimittere tenetur) adulterum non quemlibet sed vilè, *in §. 2. de ad. ul.* domi suæ (non etiam soceri) deprehensum. *l. 24. ff. cod.*

8. Nihil præterea interest, quomodo aut quo teli genere cædes facta sit; licet enim in vulneribus illatis genus armorum inspiciatur, & qui gladio aut simili instrumento ad cædem faciendam facto verberaverit, indubitatè occidendi animo id admisisse videatur. *l. 1. §. 3. b.* qui verò percusserit instrumento ad alios usus, quàm ad cædem, facto, occidendi animo non percussisse præsumatur. *d. §. 3. l. 6. §. 6. de re mil.* tamen cæde insectutà ex solo teli genere animus dolo vacans præsumi non debet: quamvis si ligone aut simili instrumento cædes facta sit, adminiculum hoc sit ad leniendam pœnam, si alia quoq; concurrant, quæ q. testentur, occidendi voluntatem abfuisse: ut si in rixa subita non consilio sed casu potiùs talibus armis sit factum vulnus, ex quo mors sequatur. *d. §. 3. Exod. 21.*

9. Deniq; nil interest, occidat quis, an mortis causam dolo malo præbeat. *l. 15. b. L. Corn. de sic.* gigitur tenetur Magistratus, qui quid fecerit in hominis necem, quod ll. permillum non est: item qui falsum testimonium sciens dixerit, quo quis publ. iudicio rei capitalis damnaretur: itè qui auctor seditionis fuerit; qui hominè in virum sinentem vè castraverit. *l. 3. §. 4. b.* qui per alium cædem fieri curavit aut mandavit. *l. 15. §. 1. b.* Sed si Sempronius Titio mandaverit, ut Mævium vulneraret, seriò tamen prohibuerit, ne mortiferè vulneraret, an Titio Mævium interficiente capitis supplicio quoq; plectendus sit Sempronius, Q. N. Quæritur & hoc: An publicis locis partù misericordiæ causa expo-

exponens, quā ipse non habet, capite puniendus sit, si perierit?
Negāt recte Dd. secus, si dolo malo in locū solitariū abjecerit.

10. Homicidas L. Corn. de sic. ultore ferro persequitur. §. 1. de pub. jud. ut & lex divina. Num. 35. Deut. 19. Diss. Hotom. ad d. §. 5. qui propter l. 3. §. ult. ff. ad L. Corn. de sic. ubi pœna legis est deportatio, existimat Tribon. L. Corn. interpolasse.

11. Admissio homicidio necesse est ante omnia de accusatore quæri. l. 19. C. de adult. nisi Magistratus ex publica fama in homicidā inquirat. Accusatio a. coram competente iudice ritè facienda est ab iis, quibus accusandi jus est, contra eos, quos accusare licet. Præsentē tamen tam accusatorem quàm reum esse oportet. d. l. 19. nam procurator neutra ex parte admittitur. l. p. §. 1. de pub. jud. nisi ad allegandas probandasq; absentium excusationes. d. l. p. l. 10 ff. l. 3. C. accus. Quod si igitur fuga sibi reus consuluit, rescriptum quidem est, absentē capitali crimine accusari non posse, nedum condemnari, etsi contumaciter abest. l. 5. ff. de pœn. l. 1. ff. de req. abs. l. 1. C. de req. reis l. 6. C. de accus. apud Sax. tamen invaluit, teste Wes. de req. abs. n. 5. ut 3 edictis per intervalla 14 dierum publicè ad iudicium vocetur reus, qui si in 3 termino præsentiam sui non faciat, nec absentiae excusationes alleget, pro convicto habetur & banno proscribitur, ita ut nisi in 4 termino venerit, legitimasquē causas impedimenti demonstrarit, cur in 3 termino non comparuerit, pro bannito habeatur, & impunè in loco illius territorii occidi possit: pœnā etiā iis, qui ei optulantur, imminente. Sed in bona fugitivorum moribus Sax. non lævitur.

12. Si v. præsentiam sui facit reus, & se dolo hominem occidisse confitetur, donec de eo pronuntietur, in vincula conjiciendus est. l. 5. de cust. reor. sin id negaverit, antequam convincatur in vincula conjiciendus non est, maxime si fidejussores dare paratus sit. l. 2. C. de exhib. reis. l. 3. ff. de cust. reor. de ejus igitur custodia Magistratus quomodo æstimare debeat, docet Vlp. in l. 1. ff. de cust. reor. Hic Quæritur captivus à se, an ab adversario, an de publico alendus sit? Resp. Dd. si sibi sufficiat, de suo alendum esse, arg. l. 6. de bon. damn. si non sufficiat, de accu-

Fatoris bonis l. 25. de S. C. Syll. aut ex publico, si nec accusatori sufficiat. d. l. 25.

13. Institutâ autem accusatione eodem ferme modo causa agitur, quo in civilibus agitari solet: illud tamen in primis interest, quod hic requiratur probationes luce meridiana clariores. l. f. C. de prob. ad eod. ut suspiciones & præsumptiones non sufficiant ad condemnandum. l. 5. de pœn. sed tantum ad absolvendum.

14. In crimine homicidii erueno tortura adhiberi solet: ad quam ita demum venire oportet, cum hæc 4. concurrunt. 1. Si maleficium quo de agitur, capitale est. l. 8. de quæst. quale hoc. 2. Si non aliter explorari aut investigari maleficium potest, d. l. 8. 3. Si suspectus est reus, & aliis argumentis verisimilibus probabilibus que ita probationi admoveretur, ut sola confessio deesse videatur: his n. veluti certis indiciis ductus iudex investigandæ veritatis gratia ad tormenta venire potest. l. 1. §. 1. ff. l. 8. C. eod. 4. Si personæ conditio id patiat, d. l. 8. Ita vero quæstionem habere oportet, ut persona salva sit, vel innocentia vel supplicio. l. 7. ff. eod. Repeti tamen in quæst. reus evidentioribus argumentis oppressus potest. l. 18. §. 1. d. 1. Quod si pluries reus fidibus examinatus delictum confiteatur, postea v. solutus confessionem revocet, necesse erit tandem ad absolutionem pervenire.

15. Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur, sed causa cognita habenda fides aut non habenda. l. 1. §. 23. & 25. d. 1. cum & si quis ultro de maleficio fateatur, hanc confessionem pro explorato facinore haberi non oporteat, si nulla probatio religionem cognoscens instruat. d. l. 1. §. 17. & 27.

16. Plurimum quoque in excutienda veritate etiam ipsa vox rei, & cognitionis subtilis diligentia adfert l. 10. §. 5. d. 1.

17. Accusationis effectus est, ut ea impletâ pœnæ à ll. ordinatæ per sententiam reus subdatur: non impletâ reus absolvatur (qui semel absolutus iterum de eodem crimine accusari non facile debet. l. 7. §. 2. ff. de accus.) calumniator verò extra ordinem puniatur.

18. Constat iudicem gladii pœnam lege definitam tollere, alterare

alterare aut mitigare non posse. l. 1. §. 4. d. t. l. 8. §. 2. C. ad L. Iul. de
vi. ex iusta tamen causa eam mitigare potest. l. 3. C. ex quib. caus.
inf. l. 13. ff. de pœn. qualis est temporis diuturnitas. l. 25. d. t. l. 12. C.
de fals. iustus dolor. l. 38. §. 8. ff. §. l. 4. C. de ad. l. ætas, non modò
pupillaris, sed etiam minorennis. l. 37. §. 1. de minor. l. 15. §. 6. de a-
dult. D. D. O. 178. ebrietas. l. 6. §. 7. de re mil. l. 11 §. 2. junct. l. 5. §.
f. de pœn. arg. l. 1. C. b. quam communem esse & ita plerunq. servari te-
statur Wes. h. n. 24. Vita ante bene acta. l. 5. l. 3. §. 12. de re mil. l.
10. §. 5. de quest. Alex. cons. 121. Tirag. de pœn. c. 51. Wes. de pœn. n.
10. & si quæ sunt causæ similes, de quib. Tirag. d. l. Iudex enim
accuratam semper harum 7 circumstantiarum: Causa sc. perso-
ne, loci, temporis, qualitatis, quantitatis & eventus rationem ha-
bere. l. 16. ff. de pœn. l. 6. ad L. Iul. pœo. & perspicere debet, ne quid
durius aut remissius constitutum, quàm causa deposcit. l. 11. de pœn.
sciatque interpretatione ll. pœnas molliendas esse potius quam
asperandas, l. pen. de pœn. & quod sibi suisque non vellet fieri,
hoc alteri non esse faciendum.

19. Homicidâ condemnato executio differri non debet,
nisi appellaverit. l. 2. C. quor. app. non recip. ejusque cadaver ad
sepulturam dandum est quibuslibet parentibus. l. f. de cad. pun.
interdum Medicis ad anatomen, sed non cujuslibet.

20. Necessarium homicidium est, cum quis sui defenden-
di gratia aggressorem interficere compellitur, ut si quis sibi vel
suis stuprum per vim inferentem occidat. l. 1. §. 4. b. vel furem
nocturnum, cui parcere sine periculo suo non potuit l. 9. b. aut
quemcunque alium in dubio vitæ discrimine constitutus occi-
dat. l. 2. 3. 4. C. b. quod n. quisque ob tutelam corporis sui (non
honoris aut rerum. l. 52. §. 1. ad L. Aquil.) fecerit, jure fecisse
existimatur. l. 3. de l. §. l. moderamen tamen inculpatæ tutelæ
observari debet. l. 1. C. unde vi. quod num observarit ex circum-
stantiis est æstimandum, & referendum non ad facultatem fu-
gæ, sed defensionis. Dd. in d. l. 3. probandumque ab allegante.
Quod si nequeat probare, ob id quod se solum remotis arbi-
tris ab interfecto aggressum adseveret, tormentis videtur subji-
ciendus, nisi ex circumstantiis innocentie suspicio extaret: tunc
enim

enim pro arbitrio iudicis absolvi posse videtur: nam cum quædam indicia sunt pro reo, quædam contra, in mitiorem abolitionis partem est declinandam, nec perveniendum ad torturam. *¶ S. D. c. 143.* Absque dolo autem homicidia patran-tes, dictumque moderamen excedentes extra ord. prudentis iudicis arbitrio puniuntur. *D. Lindem. d. l. 1. h. 30.*

21. Hic Q. Si alter pugnantium in duello perierit, qua pœnâ superstes sit afficiendus? si non ex proposito, sed impetu quodam ad ferrum venerint, temperamentum ordinariæ pœnæ admitti posse (in provocato maximè. *arg. l. 38. §. 8. de adult. l. 25. de procur.*) *¶ Dd. arbitrantur in l. 1. C. unde vi, arg. l. 11. §. p. junct. l. 5 §. f. §. l. p. ff. de pœn. vide latè Tirag. d. tr. caus. 1. n. 5.*

22. Casuale homicidium est, quod casu aliquo inopinato citra dolum admittitur: idque aut culpa fit, aut citra culpam. Hoc omnimodò excusatur. *l. 1. §. 3. h. Deut. 19. v. 10.* Illud nec latâ culpâ interveniēte ad L. Corn. coercionem pertinet, *l. 7. ff. h. sed moribus ex L. divina Deut. 19.* huiusmodi homicidiam relegari solere tradit *Wel. h. n. 23. l. 4. §. 1. b.* Huc non pertinet hæc facti species: *Tinius Mavium interficere volens, Sempronium interfecit.*

23. Coronidis loco Q. Si homicidium non dolo, sed casu factum esse (ex vita rei ante benè acta aliisque omnibus circumstantiis) appareat, an interim, donec ea de re plenius cognoscatur, in vincula conjiciendus sit reus, qui fidei iussores idoneos offert? *N. l. 1. de cust. reor. l. 2. C. de exhib. reis.* Quid si- gatur is reus, antequam oblato fidei iussore accipiantur, præsen- tiam sui in iudicio non faciat, vincula metuens, quibus se indi- gnum scit, an idcirco condemnari tanquam contumax possit, aut ex hac emanatione præsumatur sibi malè conscius? poste- rius Neg. quia justam emanationis causam per procuratorem al- legat. *l. p. §. 1. de publ. jud. ut & prius: quia inauditâ causa aliquem damnati æquitatis ratio non patitur: l. 1. de req. abs. l. 1. C. de req. reis. l. 5. de pœn.*

S. N. D. B.

www.books2ebooks.eu